

h. ad qd. l. 1. obo id est, segregetur.

verò quis tale quid fecerit; per unam hebdomadam suspendatur.

III. Item ZACHARIAS Papa in Synodo Romana, c. 3. [an. 743. Roma.] Non secularibus vestibus, sed ordini suo convenientibus Clerici utantur.

Episcopi, Presbyteri, Diaconi, secularibus indumentis non utantur, nisi, ut concedit, tunica Sacerdotali: sed neque, dum ambulaverint in civitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento presumant ambulare, prater, si in itinere longo ambulaverint: quia sicut mulier orans in Ecclesia non velato capite deturpat caput suum, juxta Apostoli vocem; ita Sacerdos sine operimento deturpat Sacerdotium suum. Quòd si temere presumpserit contra statuta agere; communionem privetur, donec, quæ statuta sunt, adimplere maturet.

CORR. ROM. Hæc Synodus à Zacharia Papa habita extat in Bibliotheca Vaticana, & Regenti.

PITH. Episcopi. Centur. tom. 8. p. 696. 433.

IV. Item LEO Papa IV. in Synodo Romana, c. 12. [an. 853. ibid.] Extra domum sine proprio ornatu Sacerdotes non appareant.

In ornatu Sacerdotali extra domos Sacerdotales apparere non convenit; ne, ut aliquis secularium, injurias patiantur: sed ea solummodo, quæ per Patres constituta videntur, observet. Contrarius denique inventus, aut desinat, aut Canonice subjaceat disciplina.

PITH. Sine ornatu. Centur. tom. 8. p. 433. Catalog. test. verit. p. 83.

Sed. V. C. Per Patres. Absunt in V. C. Aut. V. C. aut deinceps.

V. Item INNOCENTIUS Papa II. in Concilio Lateranensi, c. 4. [an. 1139. Roma.] Careant beneficiis Ecclesiasticis, qui corrigi ab Episcopis continentur.

Præcipimus, ut tam Episcopi, quam Clerici in statu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus placeant; & nec in superfluitate, scissura, aut colore vestium, nec in tonsura intuentium (quorum forma, & exemplum esse debent) offendant aspectum: sed potius, quod eorum deceat sanctitatem, præ se ferant: quòd si moniti ab Episcopis emendare noluerint, Ecclesiasticis careant beneficiis.

CORR. ROM. Hoc Caput editum est ab Innocentio II. in Concilio Lateranensi, deinde ab Eugenio III. in Concilio Rom. est innovatum.

Scissura. Hæc vox non est in Concilio Innocentii. In Synodo autem Eugenii in exemplari Gallico legitur, scissura. In Vaticano autem, scissura: & in nonnullis Gratiani vetustis exemplaribus, scissura.

PITH. Præcipimus. Carlomanus Dux & Princeps Francorum in Synodo habita Zacharia Romani Pontificis tempore: Decrevimus quoque ut Presbyteri vel Diaconi non sagis Laicorum more, sed casulis utantur ritu servorum Dei. Centur.

AN AB EPISCOPO CORREPTI, SUUM OFFICIUM RELINQUERE, ET AD SECULAREM JUDICEM CONFUGERE VALEANT. QUÆSTIO V.

GRATIAN. Si quis verò Episcopum relinquere, & ab officio suo discedere, atque ad secularem Judicem confugere nulli licet. Unde legitur

In Cap. l. 6. c. 143. I. IN AGATHENSI CONCILIO, c. 8. [an. 506. in Gallia.] Clericus ad Judicem secularem confugiens, de communionem Ecclesie depellatur.

Placuit, ut Clericus, si relicto officio suo propter distributionem ad secularem Judicem, fortasse confugerit, & is, ad quem recurrit, solatium ei defensionis impenderit; cum eodem de Ecclesie communionem pellatur.

CORR. ROM. a Judicem. Sic in recentioribus Concilio Colonienibus editionibus: sed à vetustioribus, & codicibus Vaticanis, & Capitulari abest vox ista.

PITH. Judicem. Abest à 3. V. C.

II. Item EX CONCILIO ANTIOCHENO, c. 12. [an. 341. in Syria.] Presbyter, vel Diaconus ab Episcopo depositus Imperatorum non adeat.

Si quis à proprio Episcopo depositus Presbyter, vel Diaconus, aut etiam si à Synodo quilibet Episcopus fuerit exautoratus; molestiam Imperialibus auribus inferre non præsumat: sed ad majorem Episcoporum Synodum sese convertat: & quæ se putat habere justa, in eorum Concilio alleget: atque ab his de se expectet, quæ fuerit de prompta sententia. Quòd si deficiens pusillanimitate hoc non

h. Et in Aquigran. c. 74. Burch. l. 2. c. 180. Ivo, p. 6. c. 225.

luerit facere, sed importunus fuerit Imperatori; hujusmodi nullam veniam habeat, neque locum ullius afectionis suæ, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum.

PITH. Concilio. al. judicio.

III. Item EX CONCILIO CARTHAGINENSI V. c. 2. [an. 398. in Africa.] Non defendatur ab aliquo, qui Episcoporum judicio damnatur.

Si quis cujuslibet honoris Clericus judicio Episcoporum pro quocumque crimine fuerit damnatus; non liceat eum sine ab Ecclesiis, quibus profuit, sive à quolibet homine defendari, interposita penâ damni pecuniæ, atque honoris: quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipimus.

Denfcedit, p. 4. In Cap. Syn. Grec. Mart. Brac. c. 35.

IV. Item EX CONCILIO ARELATENSI, c. 4. [an. 524. in Gallia.] Communionem privetur, qui Ecclesiasticæ disciplina regulam fugientem dispensare præsumit.

Si forte aliquis Clericorum Regulam discipline Ecclesiasticæ subterfugiens fuerit evagatus; quicunque eum susceperit, & non solum Pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defendere præsumperit; Ecclesiæ communionem privetur.

PITH. Non solum. Sic V. C. al. illum.

V. Item EX CONCILIO MARTINI PAPÆ, c. 35. [c. an. 572. in Hispania.] Spe reconciliationis careat, qui ab Episcopis condemnatus Imperatorem adierit.

Si quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus excommunicatus, in Concilio injuste se querit condemnatum; ad majorem Episcoporum Synodum revertatur, & eorum inquisitionem, & judicium expectans, si quas se justas causas habere putat, illis exponat. Si autem contempserit, & importans se Palatio, aures Principum inquietare voluerit; hic ad nullam veniam poterit pervenire: neque spem futurae reconciliationis habebit.

CORR. ROM. a Majorum. Antea legebatur, majorem Episcoporum Concilium. Emendatum est ex codice Luceni Regio: quoniam concordat cum Canone Antiocheno sup. ead. si quis à proprio; unde videtur sumptum.

VI. Item GREGORIUS I. Constantina Augusti, lib. 4. Epist. 34. [an. 595. Romæ Constantinopolim.] Episcoporum causæ coram Principibus examinari non debent.

Si Episcoporum causæ mihi commissorum apud piissimos dominos aliorum patrocinii disponuntur; infelix ego in Ecclesia ista quid facio? Sed ut Episcopi mei me despiciant, & contra me refugium ad seculares Judices habeant; omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis depono. Hoc tamen breviter suggero, quia aliquantulum expecto: et si ad me diu venire distulerint, exercere in eos distributionem Canoniam nullo modo cessabo.

CORR. ROM. a Constantina Augusti. In vulgatis, & plerisque manuscriptis legitur, Constantina Augusti. Emendatum est ex uno vetusto Gratiani, & altero Epistolaram B. Gregorii: licet in editionibus illarum sit, Constantina Augusti. Nam uxorem Maurini Imperatoris, ad quam scribit B. Gregorius, Constantiam vocatam esse testatur Zonaras, Nicephorus, Cedrenus, & Anastasius Bibliothecarius: & Joannes Diaconus in vita B. Gregorii lib. 3. num. 51. referens Epistolam, ex qua sumptum est hoc Caput, Constantina Augustæ scriptam asserit.

Joan. Diacon. l. 3. c. 51. al. distulit. orig. k. in eo. orig.

Concord. Sup. ead. c. si quis à proprio.

al. importunans. al. importunus Palatio.

Et Beda, l. Cor. 15. f. Sent. 3. dist. 39. Polye. l. 6. tit. 11. Ivo, p. 12. c. 3. Pann. l. 8. c. 84. h. Cor. 15.

III. Item AUGUSTINUS in Epistola ad Galatas, c. 1. in fine. [c. an. 394. in Africa.] Juratio non est prohibenda, nec tanquam bonum appetenda.

Non est contra præceptum juratio, quæ à malo est, non jurantis, sed incredulitatis ejus, cui jurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuisse à jurando, ut, quantum in ipso est, quisque non juret: quod multi faciunt, in ore habentes jurationem tanquam magnum, aut laudem aliquid. Nam utique Apostolus noverat præceptum Domini, & juravit tamen. Non enim audiendi sunt, qui has juraciones esse non putant. Quid enim faciunt de illa? Quasi de vestram gloriam, Fratres, quasi habeo in Christo Jesu Domino nostro: quam Græca exemplaria manifestissimam jurationem esse convincunt. Prohibetur ergo à jurare cupiditate, aut delectatione jurandi. Quomodo enim juramentum amplius sit, quam, est, non non, & ideo à malo sit; non tamen à malo tuo, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum, qui non aliter morantur ad fidem.

CORR. ROM. a Prohibetur ergo. Apud B. Augustinum, & ceteros Collectores hic locus ita habet. Quantum ergo in ipso est, non jurat Apostolus: non enim appetit jurationem cupiditate, aut delectatione jurandi. Amplius enim est quam est, non non: & ideo à malo est, sed infirmitatis, &c.

III. Item AUGUSTINUS in Epistola 154. ad Publicolum, [c. an. 398. ibid.] Pejorare peccatum est, non jurare.

In novo Testamento dictum est, non omnino juremus. Quod quidem mihi propterea dictum videretur; non quia verum jurare peccatum est; sed quia pejorare immane peccatum est: à quo longe nos esse voluit, qui omnino ne juremus, admonuit.

IV. IDEM Serm. 30. de Verbis Apostoli. [c. an. 415. ibid.] In necessariis verum jurare peccatum non est.

UT noveritis verum jurare non esse peccatum, invenimus & Apostolum Paulum jurasse: Quasi morior per vestram gloriam, Fratres, quasi habeo in Christo Jesu Domino nostro. Per vestram gloriam, jurato est. Non enim sic ait, per vestram gloriam morior, quasi vestra gloria me facit mori: quomodo si diceretur per venenum, per gladium, per bestiam, per inimicum, mortuus est; intelligeret faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno mortuus est.

CORR. ROM. a Per venenum. Apud B. Augustinum, & Bedam sic legitur, quomodo si diceret, per venenum mortuus est, per gladium mortuus est, per bestiam mortuus est, per inimicum mortuus est, id est, faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno, & similia: Non sic dicit per vestram gloriam.

V. IDEM de Sermone Domini, lib. 1. c. 36. [c. an. 410. ibid.] Nec tanquam bonum appetendum, nec tanquam malum, juramentum est vitandum.

Ita ergo præceptum Domini intelligitur, ne juretur; ne quisquam, sicut bonum, appetat jurandum, & assidue jurandi ad perjurium per consuetudinem delatatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, sed in necessariis jurationem habendam; refrænet se quantum potest, ut non ea utatur, nisi necessitas cogat: videlicet, cum videt pigros esse homines ad credendum, quod eis utile est credere, nisi jurazione firmetur. Ad hoc itaque pertinet, quod hic dicitur: Sic autem sermo vester, est est, non non. Hoc bonum est, & appetendum: Quod

GRATIAN. c. 1. Pars. a Matth. 5. quod

AN JURAMENTUM SIT PRÆSTANDUM, AN NON. QUÆSTIO I.

Quòd juramentum præstandum non sit, autoritate Canonica Scriptura probatur. Ait enim Christus in Evangelio Discipulis: Sic sermo vester, Est, est; non non: quod

GRATIAN. c. 1. Pars. a Matth. 5. quod

quod videtur amplius est, à malo est. Item Jacobus in Epistola: Ante omnia Fratres mei, nolite jurare omnino. Utraque atrocitate juramentum prohibetur prætere.

§. 1. Sed aliud est, ad juramentum sponte accedere: aliud, vel ad asserendum innocentiam suam, vel ad pacis fœdera confirmanda, vel ad persuadendum Auditoribus, quando pigri sunt credere, quod eis utile est, juramentum offerre. Primum prohibetur, secundum conceditur. Non enim jurare omnino peccatum est. Unde legitur

I. IN CONCILIO TOLETANO VIII. c. 2. [an. 653. in Hispania.] Juramentum pro fœderis pacis est faciendum.

Omne, quod in pacis fœdera venit, tunc solidius subsistit, cum juramentum hoc interpositum roboratur. Sed & omne, quod amorem animos conciliat, tunc fidelius durat, cum eos sacramenti vincula ligant. Omne etiam quod testibus assipulatur, tunc verius constat, cum id adjectivo jurationis affirmat. Quòd si & testis & deiciat, innocens fidem sola jurisjurandi taxatio manifestat.

CORR. ROM. a Si & testis. In vetustioribus Concilio eundemque, & duobus codicibus Vaticanis, & uno Monasterii Dominicanorum legitur: Quòd est gestis deiciat, nocentis fidem. Sed recentiores editiones Colonienfes, & codex Lucentis Regius habent, ut Gratianus, & Ivo, & Pannormia.

II. Item AUGUSTINUS super Epistolam ad Galatas, c. 1. in fine. [c. an. 394. in Africa.] Juratio non est prohibenda, nec tanquam bonum appetenda.

Non est contra præceptum juratio, quæ à malo est, non jurantis, sed incredulitatis ejus, cui jurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuisse à jurando, ut, quantum in ipso est, quisque non juret: quod multi faciunt, in ore habentes jurationem tanquam magnum, aut laudem aliquid. Nam utique Apostolus noverat præceptum Domini, & juravit tamen. Non enim audiendi sunt, qui has juraciones esse non putant. Quid enim faciunt de illa? Quasi de vestram gloriam, Fratres, quasi habeo in Christo Jesu Domino nostro: quam Græca exemplaria manifestissimam jurationem esse convincunt. Prohibetur ergo à jurare cupiditate, aut delectatione jurandi. Quomodo enim juramentum amplius sit, quam, est, non non, & ideo à malo sit; non tamen à malo tuo, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum, qui non aliter morantur ad fidem.

CORR. ROM. a Et jurabitur. Apud Jeremiam c. 4. legitur, Et jurabit: verum quia est initium Capiti, non est mutatum: sed paulò post repositum est, jurabit, ubi antea legebatur, juramentum.

VIII. Item HIERONYMUS super Jeremiam ad c. 4. [c. an. 410. in Palestina.] Per Deum jurare permittitur, ne per Idola juretur.

Et jurabit, & vivit Dominus, in veritate, & in iustitia, & benedicent eum gentes, dist. 39. ipsamque laudabunt. Quomodo ergo Evangelium jurare Ivo, p. 12. nos prohibet? Sed hic Jurabis, pro confessione dicitur, c. 37. & ad condemnationem Idololorum, per quæ jurabat Israël. Denique auferuntur offendicula, & juratur per Dominum; quòdque dicitur, vivit Dominus, in Testamento veteri jurandum est, ad condemnationem Mortuorum, per quos jurat omnis Idololatra.

CORR. ROM. a Et jurabitur. Apud Jeremiam c. 4. legitur, Et jurabit: verum quia est initium Capiti, non est mutatum: sed paulò post repositum est, jurabit, ubi antea legebatur, juramentum.

VIII. Item HIERONYMUS super Mattheum lib. 1. in c. 5. [c. an. 400. ibid.] Infirmitas jurare conceditur.

Considera, quòd hic Salvator non per Deum jurare prohibuerit; sed per Cælum & Terram, & Hierosolimam, & per caput tuum. Et hoc quali parvulus fuerat Ivo, p. 12. Lege concessum: ut quomodo victimas immolabant Deo, c. 6. ne eas Idolis immolarent; sic & jurare permitterentur in Pan. l. 8. Deum: non quòd rectè hoc facerent; sed quòd melius è. 87. esset Deo id exhibere, quam Damonibus.

IX. Item EX CONCILIO CARTHAGINENSI IV. c. 61. & 62. [an. 398. in Africa.] Excommunicatur Clericus per Creaturas pertinaciter jurans.

Clericus per Creaturas jurantem, acerrime objurandum: si periterit in vitio; excommunicandum. Inter epulas verò cantantem, supradicta sententia severitate coercendum Ivo, p. 6. c. 266. & 26.

X. Item PIUS Papa. [imò ex Nov. LXXI. apud Jul. Antecess. c. an. 538.] Clericus deponatur, Laicus anathematizetur, per capillum, vel caput Dei jurans.

Si quis per capillum Dei, vel caput juraverit, vel alio modo blasphemiam contra Deum usus fuerit; si in Ecclesiastico ordine est, deponatur; si Laicus, anathematizetur. Et si quis per Creaturam juraverit; acerrime castigetur, & juxta id, quod Synodus judicaverit, poeniteat.

§. 1. Si quis autem talem hominem non manifestaverit; non est dubium, quin Divina condemnatione coëreatur.

§. 2. Sed si Episcopus ista emendare neglexerit; acerrime corripatur.

CORR. ROM. Simillima his habentur novella 77. apud Julianum Antecessorem: sed non prorsus eadem. Quare apud Ivonem novelle locus asseritur par. 12. c. 32. hoc autem Caput refertur c. 72. ex decretis Pii, quemadmodum & apud Burchardum.

PITH. Si quis. Nov. 71. c. 1.

QUÆRITUR, quis magis teneatur; an ille, qui per Deum; an ille, qui super sacra Evangelia jurat. Huic questioni respondet, dicens

XI. JOANNES CHRYSOSTOMUS. [imò Autor Operis Imperfecti, c. an. 400.] Non est majus per Evangelium, quam per Deum jurare.

Si aliqua causa fuerit; modicum videtur facere, qui jurat per Deum. Qui autem jurat per Evangelium, majus aliquid fecisse videtur. Quibus similiter dicendum est: stulti, Scripturæ sanctæ a propter Deum sunt, non Deus propter Scripturas.

CORR. ROM. a Sanctis. Sic est emendatum ex aliquot vetustis, & originali, & Polycarpo. Antea legebatur, facta.

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod

GRATIAN. c. 2. Pars. a Matth. 5. quod